

A

PRINCEPS.

PRAETER ea quae iam posita sunt de cane significa-
ta, sacerdotes iudem Ægyptij si principem aut legi-
flatorem significare vellent, canis hieroglyphicum
cum diademate, siue fascia, vel amiculo faciebant, re-
liqua corporis facie nuda, propterea quod veluti le-
uiōmna canum, ut cum Lucretio iocer, fido cum pe-
ctore corda in Deorum simulachris diligenter obser-
uandis detinentur. Sic etiam princeps qui iura sit datu-
rus, Regem qui anteacto tempore claruerit nudum contemplari debet, quidque;
sibi velit ea fasciola, examinare: id quod omnium maxime Periclem Athenien-
sem factitare solitum perhibent. Quotiescumque enim is magistratus aliquem ini-
bat, ipsa honoris delati insignia, & unumquodque gestamen pro concione allo-
quebatur, quid ea sibi vellent, qualem virum poscerent percontabatur, sequē
mox ad personam quam induebat, strenue decenterque gerendā adhortabatur,
tanta omnium admiratione, ut non immergit eum & tonitrus, & fulgura ciere
BPRÆDICARENTE, apesque mel in os eius infantis congesisse faterentur. Quod vero
fascia regia sit insigne, ostendimus cōmentario de Gestaminibus reliquis. At-
qui Ptoëmphanes populi ex Africæ parte Canis non effigiem, pro principe co-
luerunt, sed viuum ipsum pro rege sibi delegere, cuius motum obseruabant ac
ex eo quid faciendum, ubi standum, quod progrediendum, religiosissima qua-
dam auguratione intelligebant.



MILLE S.

ABSQUE; fascia vero canis, copula tamen religatus, non incongruus est sacramē
to addicti militis hieroglyphicum: copula scilicet obedientiæ iuramentū
præ se fert: canis vero ipse militis officium, quod præcipuum est, intentū esse du-
cis imperio, siue iter arripiendum, siue pugna ineunda sit, siue vbi receptui cani
coepit ad signa redire: quae quidem obsequia à canibus obseruari quotidie vi-
demus. Quid vero illud, quod si inter se canes rixentur, offeraturque fera æquè
illis inuisa, saeta statim inter se pace vnamiter in ferā cōuertuntur? cuiusmo-
di decet milites esse, qui tametsi inter se aliquando dissident, aduersus tamen
COMMUNES hostes vnamiter præliauantur: cuiusmodi exemplum in L. Sylla le-
gionibus habemus, quæ cum pernicioſa seditione fureret, efferatis Imperator
annunciata iussit hostē adesse, & ad arma vocantiū clamorē tolli, atque ita discus-
sa seditio est, vniuersis aduersus hostes animū intendentibus. Et Scorilus, vel
ut alij, Coticus, ut alij, Cotio Dacarū Dux, cum dissociatū bellis ciuilib. pop. Ro-
intellexisset, neque tamen fortunā tentandam arbitraretur, metūne externo bel-
lo pax inter ciues conciliaretur: hortantibus suis, & acriter depositentibus oc-
casionē arripiendam, duos ille canes in conspectu populariū cōmisit, iisque acer-
rimē inter se pugnantibus, mox lupū emisit, quem protinus canes omissa inter se
ira vno statim animo aggressi sunt: eoque exemplo Dux ipse continuuit barbaros
ne pugnā incāptarent, temerario impetu Romanis profuturo. At ea quoque; ge-
nerositas animi requiritur in strenuo milite, ne is, ut super Ænea Virgil. neque
aueros dignetur sternere morte, nec imbecilles prouocare bellatores, aut ar-
matus inermes, aut vir fœminas, puerosue. Cōperta est hæc eadē in canib. ani-
mi magnitudo: vélut in eis, quos Albaniæ rex Alexandro Macedoni dono misit:
nā cum ex duob. quos habebat vnu huic dedisset, exploratus Alexāder ani-